Ille marmaricus leo
Dente crescit & unguib
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat ululāt
Sed licet uariis malis
Numen arcadis alitis
Obsitum miserans ducē
Peste soluerit hospitis.
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant.
fru in pabula
Iam sues cerealia
Glande pabula uerterant
& nihil manet integrum
Voce cor pore preditis.
Sola mens stabilis super
Monstra que patitur gemit.
O leuem nimium manum
Nec potentia gramina
Membra queua leant licet
Corda uertere non ualent.
Intus est hominum uigor

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 1v – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48808)